

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Patria i

cum fontibus proximo et primis

Patria enim carere non est  
malum  
quia forti uiro omnis locus patria est.

Patria enim, inquit Brutus, carere non est  
miserum,  
quia forti, et sapienti omne solum patria est.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*,  
5.12.26 (Rome, 1655, p.338).

Socrates

Vnde Socrates respondit, se esse *mundanum*,  
id est totius mundi incolam, et ciuem. Et T.  
Albutius animo aequissimo Athenis exul  
philosophatus est. Cui tamen illud ipsum  
non accidisset, si, in republica quiescens,  
legibus Epicuri paruisset. Similiter  
Demaratus, Tarquinii regis pater, fugit  
tyrannum Cypsellum, et Corintho fortunas  
suas constituit, ac liberos procreauit.

enim non stulte exilii libertatem  
domestice seruituti anteposuit.

Non enim stulte anteposuit exilii libertatem  
domesticae seruituti.

Agellius libro XV.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*,  
5.12.25 (Rome, 1655, pp.336-7).

Contigit enim illi testimonium utriusque:  
Brutus sine Marcello reuerti se doluit,  
Caesar erubuit. Num dubitas quin se ille  
[Marcellus] tantus uir sic ad tolerandum  
aequo animo exilium saepe adhortatus sit:  
'quod  
patria cares, non est  
miserum: ita te disciplinis inuisti ut scires  
omnem locum sapienti uiro patriam esse... .'

Lucius Annaeus Seneca, *Consolatio ad*  
*Heluiam matrem*, 9.7 (L.D. Reynolds ed.,  
p.302, ll.2-7).

num stulte anteposuit exilii libertatem  
domesticae seruituti?

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae*  
*disputationes*, 5.37.109 (M. Pohlenz ed.,  
p.453, ll.11-12).